Quod bene vertat!

POSITIONUM EX JURE PUBLICO

DE

SUPERIORITATE PRINCIPUM IMPERII

Centuriam

auxiliante DEO

autoritate & consensu Magnifici Nobilissimiq; in illustri Salanâ JCtorum ordinis

PRAESIDE

Viro Nobilissimo, Amplissimo Consultissimo & Excellentissimo

DN. GEORGIO ADAMO Struven/ JCto & Antecessore in hâc Salanâ celeberrimo, Consiliario Sax. Dicasterii Provincialis Scabinatusq; Assessore gravissimo, Fautore, Patrono ac Promotore suo summè colendo:


PRO LICENTIA

obtinendi summum in utroq; Jure Doctoratus gradum

publicæ disquisitioni submittit

RUDOLPHUS HEIDEN Coburg. Franc. p. t. Seren: mo. Saxoniæ Duci Wilhelmo â Secret. intim, & Imperial.

ad diem Julii



in Auditorio JCtorum

horis ante- & pomeridianis.

JENÆ

Excudebat SAMUEL KREBSIUS

ANNO M. DC. LVII.

ug.

2 5

Serenissimis ac Celsissimis Principibus ac Dominis

DN. GUILHELMO
ET
DN. ERNESTO

Fratribus Germanis, Ducibus

Saxoniæ, Juliaci Cliviæ ac Montium, Landgraviis Thuringiæ, Marchionibus Misniæ, Comitibus de Marca & Ravensberg, Dynastis in Ravenstein.

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS

hunc qualem qualem discursum

debitâ animi subjectione

D. D. D.

Autor.

I. N. D. N. J. C.

FELICITER!

I.

Multos in Imperio Cæsares esse, dum scribit Scipio Gentilis, (a) nihil aliud, meo quidem arbitratu, innuit, nisi eam, quam ab ipsis etiam Imperatoribus laudatam invenire est Germanorum Imperii Principum potentiam ac libertatem.

(a) lib. 1. de Jurisdict.

II. Maximilianus I. se solum Regem Regum, alios bestiarum audire gaudebat, majestatemq; Imperii Germanici in Principibus magis quam in ipso Imperatore positam, coram Legato Pontificis Constantiæ aliquando fateri non erubescebat.

III. Nec alia mens Caroli V. qui alibi mancipiis se ac servis; in Germaniâ verò liberis & Regibus imperare in gloriam numerabat.

IV. Tantum tamen abest, ut libertas hæcce Imperatoriæ Majestatis radiis ullam spargat nebulam, ut potiùs illustriores eos, exterorumque oculis formidabiliores reddat. Quantò enim quilibet præest melioribus, tantò major ipse & honestior est. (b)

(b) Justinianus Imper. in nov. 15. pr. in f.

V. Hinc Jure meritoque Imperatori Romano-Germanico omnes universi orbis Christiani Reges concedunt primas. Nec aliud in aulâ Ottomannicâ observari, multa probant, necquicquam contradicente Bodino, exempla.

VI. Et qvanta Principum Imperii præ cæteris prærogativa? Nempe Electores Regibus æquiparat ipſa Aurea Bulla.(c) Cæteri quin iis etiam quos du ſang & coronæ capaces vocant, præferendi ſint, non eſt dubium.

VII. In duobus autem potiſſimùm Eorum ſuperioritas, qvam haud ſine ratione majeſtatem nonnulli vocant, conſpicua eſt; COMITIORUM ſcilicet, ac TERRITORII juribus : Quæ, relatorum inſtar, ita ſe mutuò ponunt, ut qui illo gaudet, (gaudere autem hodiè nemo alius poteſt, niſi immediatis in Imperio ditionibus ac bonis Principe dignis inſtructus : Adeoque immediata ejusmodi ſubjectiò eſt cauſa vel occaſio ſine qua non) (d) etiam hôc pollere dicatur, & vice verſâ.

VIII. De utroqve multi multa, & quidem ſatis prolixè. Primoribus impræſentiarum tantummodò labris delibaſſe quædam ſufficiat.

IX. Comitia qvod attinet his interſunt Principes imperii non ſolùm ut conſiliarii ſed ut partes principales, (e) ſeu optimates, qui de rei Romanæ bono cum Imperatore, vel eo defuncto ſoli, indicentibus ſc. Palatino & Saxone Imperii Vicariis, utpote qui vacante Imperio Imperatoris vices in omnibus & per omnia dicuntur ſuſtinere, exceptis tamen feudis regalibus, (f) ſtatuendi jus habent.

X. Iique tam ſeculares quam eccleſiaſtici, illi, ſi minorennes ſint, per tutores, (g) majorennes, etiam nondum ab Imperatore inveſtiti. Hi, nec dùm à Pontifice infulati.

XI. Hodiè velut poſtliminiò etiam Eccleſiaſtici reformati : Quorum alii retentâ eccleſiaſticâ qualitate ac titulo ſeſſionem ſecundum diſpoſitionem Inſtrumenti Pacis Osnabrugenſis (h) in ſcàmno intermedio & trans-

verſo

(c) A.B. tit. 24.

(d) Vid. Reichs-abſch. de anno 54. §. Über dieſes haben wir ꝛc. Circa fin. cap. Ferdin. III art. 47. & Ferdin. IV. art. 45.

(e) Vid. Reichs-Abſch. de anno 1559. §. Damit dañ hinfüro ꝛc. ibi: ermeſſen uñ Bewilligung. R. A. de anno 1570. §. Weiters nach dem ꝛc. ibi: Rath und Zuthun. Ord. Regim. de anno 1500. in pr. ibi: mit einmüthigen zeitigen rath und willē/ auch zugeben und annehmen.

(f) A.B tit. 5

(g) v. ſubſcript. R. A. de a. 1594. & aliquot ſeqq.

(h) art. 5. § De titulis Eccleſiaſticorum &c.

capiunt, ut ſunt Adminiſtrator Primatûs ac Archiepiſcopatûs Magdeburgenſis, & Epiſcopus Lubecenſis: Alii verò propter mutatam in Ducatus vel principatus ſeculares archiepiſcopatuum vel epiſcopatuum, quos tenent, qualitatem, inter Principes politicos ſeſſione utuntur, ac prout quemque vel ex pacto (ut Bremenſem, qui ſine omni controverſiâ aſſignatum ſibi per Inſtr. P. (i) quintum locum in nuperis Comitiis votando tenuit,) vel ex veteri obſervantiâ (ut Verdenſem, cujus evocatio nonnunquam in antiquarum ſecularium familiarum ſeriem incidens, ita ut linearum ſeparationem facere velle videretur, rixandi contradicendique anſam dedit.) Halberſtadienſem, Mindenſem, &c.) ordo tangit, ſuffragia ferre ſatagunt.

(i) art. 10. §. quarto, ratione ſupradictarum &c.

XII. Singuli vel in propriâ, quod ajunt, perſonâ, vel per legatos. Regulariter enim nemo ad perſonalem comparitionem compellitur.

XIII. Legati eundem quidem inter ſe ordinem, quem, ablegantes, ſi adeſſent, obſervant (k): Præſentem verò Principem, quamvis ordine poſteriorem, aut etiam noviſſimè eam dignitatem adeptum prævertiſſe vel ſeſſione vel voto, nunquàm ſunt viſi alii, niſi Auſtriaci, Burgundi (qui antehac etiam cum Electoralibus concertare) ac Salisburgenſes (l).

(k) l. 1. C. d. offic. vicar. c. præcipimus. ult. diſt. 93.

(l) Vid. acta des Reichstags zu Regenſpurg Ao. 1654. Was den 28. Febr im Fürſtenrath vorgangen.

XIV. Quâ præeminentiâ cum & Veſontinus in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1641. gaudere quæreret, per decretum Cæſareum retulit repulſam.

XV. Notandum autem hic duntaxat ſermonem eſſe de ordine ſedendi & votandi in publicis deliberationibus, extra quas ne prædictis quidem præcedentiam conceſſam hactenus, novimus.

XVI. De perſonâ illuſtri, ſi quæ fortè in qualita-

te legati ab alio Principe compareat in Comitiis, quid ratione sessionis & præcedentiæ statuendum, apparet ex actis Comit. Ratisbon. anno 1653. Eâ enim tempestate hujusmodi Mandatarius, cum in solenni ad propositionem Cæsaream institutâ processione præsentibus aliis Imperii Principibus se associare absentiumque legatos præire vellet, ob motam sibi â nonnullis non imi subsellii legatis controversiam discedere coäctus, tandem tamen causâ in superioribus statuum Collegiis, ad quæ Cæsar eam remiserat, ventilatâ, ad in hunc modum decisa, Man solte Seiner Fürstl. Gn. und zwar nicht allein / sondern auch andern gebohrnen Fürstlichen Personen / welche von einem Hause wie Ihr Principal, und gnugsam gevollmächtigt weren / die præcedentz vor andern Fürstl. Gesandten verstatten / in aliis actibus obtinuit.

XVII. Negotia autem quibus expediundis Comitia instituuntur, totius Imperii salutem vel in statu ecclesiastico vel politico, & hoc vel pacato vel bellico, concernunt, ac liberrimis singulorum suffragiis subjacent. (m)

XVIII. Unde in his Imperatoris ac statuum ita communis dicitur Jurisdictio, ut hi neque ab illo, neque â se invicem quoad suffragandi potestatem dependeant: Sed rogatus Sententiam (prout moris est) quisque liberrimè ac Jure proprio de Republicâ censeat.

XIX. Nec quicquam huic libertati officere putes suffragiorum dissentientium pluralitatem: Nam quemadmodum nullius voto aliud subordinatur in causando, sed potiùs coordinatur: Sic neque ex hoc, quod pauciores votorum aliorum conformium pluralitate

(m) *Instr. Pac. Osnabr. art. 8. §. gaudeant.*

... vincantur, causalem quandam dependentiam colligere est. Superantur sanè hoc casu, & majori parti cedunt; Verùm non ut naturâ priori, sed tanquam fortiori alicui vi contrariæ, illique legitimæ.

XX. Omninò enim eà convenisse mente videntur, uti ratio aliqua esset expediendorum negotiorum: Cùm & aliàs naturaliter pars major habeat Jus integri.

XXI. Id quod olim in veterum Romanorum Comitiis observatum, in legibus civilibus (n) ac Jure Canonico (o) approbatum, in Recessibus denique Imperii, (p) (exceptis excipiendis, utputa causis religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi status tanquàm unum corpus considerari nequeunt, vel duas partes constituunt) confirmatum legimus.

XXII. Idem videtur ferendum judicium de suffragiis curiatis, inter ipsa scilicet collegia, Electorum, Principum, & Civitatum: ut si eorum Duo consentiant, tertium non attendatur. Sic non tantùm à duabus Superioribus classem civitatum, sed &, licet rariùs, accessione civitatum alterutram superiorum victam in actis novissimorum Comitiorum reperire est. Et cumprimis ex actu quodam re: & correlationis (q) notanda hæc Directorialia: Was aber das 2. anbetråffe/weiln es (das Städtische collegium) mit der Churfürstl. Meynung überein kåme/so gåben es die majora inter ipsa collegia, und wåre darnach nunmehr das Reichsgutachten abzufassen.

XXIII. Reliqua, quæ ad conventionem ipsius Imperatoris, cui communiter semissem Comitiorum adscribi constat, cum statibus pertinent, & alia quæ apud alios utramq; paginam faciunt, hic inspergere non est operæ.

XXIV. Jam de altero Principum Jure, circa eadem

(n) l. 7. §. f. ff. pact. l. 17. §. 6. de recept. arbitr. l. 3. quod cujuscunq; universit. &c. & similibus.

(o) c. 1. X de his quæ fiunt à major. part. c. cum inter. 21. §. discretioni. v. c. cum in Jure. 33. c. venerabilem. 34. §. objectionibus. X. de elect.

(p) *R. A. de anno 1512.* §. Es sollen auch die Churfürsten 2c. *& de anno 1542.* §. und diesen Obristen 2c. *item de anno 1565.* §. da dann die Sache 2c.

(q) Registratum actûs re: & correl. $\frac{20}{10}$ Januarii 1654.

dem quidem negotia, quibus Comitia detinentur, ſed in perſonis ac rebus ſingularum ditionum occupato. Quod TERRITORII vocatur: aliàs Superioritas in ſpecie, Jurisdictio territorialis, Jus principatûs &c. Landesfürſtl. Hoheit / Landesfürſtl. Obrigkeit ꝛc.

XXV. Hoc cùm nec uſu juris cognitum, nec legibus civilibus definitum, ſed moribus Imperii noſtri introductum ſit, cognitu difficile putatur, variè q; à variis explanatum deprehenditur.

XXVI. Differt à Regalibus tanquam cauſa ab effectu: A reſervatis Imperatoris, ut à ſe invicem diverſa diverſarum potentiarum objecta adæquata: à dignitate etiam feudi regalis, ut effectus ab occaſione.

XXVII. Competit, uti ſuprà dictum, ſolummodò Statibus Imperii immediatis, qui ea omnia, de quibus quoad totum Imperium in Comitiis à capite ac membris ſtatui ſolet, in territorio ſeu propriis ditionibus independenti adeoq; majeſtaticâ poteſtate adminiſtrant.

XXVIII. Hinc triti illius brocardici, quod quisque in territorio ſuo tantum poſſit, quantum Imperator in Imperio, ſenſus tàm in proclivi eſt, quàm ſolet eſſe imber, cùm pluit.

XXIX. Quoniam autem illa ad ſtatum vel politicum vel Eccleſiaſticum referuntur, duplicem etiam territorium Domini ſuſtinent perſonam, ſecularem ſcilicet ac eccleſiaſticam, h.e. Principis & Epiſcopi, ac proindè duplicem Jurisdictionem exercent.

XXX. Utramq; hodiè principaliter & Jure proprio, abſq; omni tamen, veluti par eſt, confuſione.

XXXI. Et ſacrorum quidem Jus ac religionis cura politico ſubeſſe directorio, ex fine rerumpublicarum, lege divinâ, variisq; gentium atq; bonorum principum exemplis colligitur.

XXXII.

XXXIII. Qualem Justinianus se præstiterit ex nov. 6. in pr. aliisque ejus constitutionibus passim apparet. Est enim ecclesia in Republicâ, non verò republ. in ecclesiâ. Nec aliud Canones (r) inculcant.

(r) v. c. 20. 23. quæst. 5.

XXXIII. Antiquitus sine dubio in Imperio nostro omne Jus circa sacra & ecclesiastica ad Imperatorem spectavit. Successu posteà temporis qvàm plurima pietatis intuitu in Clericorum manus resignata sunt, eò quod hi, utpote rerum Spiritualium peritissimi, optimè quoq; ecclesiam docere moderarique posse crederentur.

XXXIV. Tandem per transactionem Passaviensem & subsecutam pacificationem religiosam hæc potestas ad Comitia, adeoque in territorialem statuum superioritatem concessit, ita ut hujus vigore Princeps & quilibet Imperii status liberum religionis exercitium in ditione suâ non solum introducere, sed & introductum reformare ac mutare hactenus potuerit, imò etiamnum hodiè suo modo, & vi confirmatæ in Instrumento Pacis (s) praxeos hujus per totum imperium usitatæ, possit, totaque Jurisdictio ecclesiastica intra cujusvis territorii terminos se contineat. (t)

(s) art. 5. §. 2. art. 8. in pr.

(t) d. art. 5. §. 16.

XXXV. Libera autem esse debet ejusmodi institutio vel reformatio, ab omni sc. vi & compulsione extrinsecâ: Ad fidem enim nemo est cogendus invitus, (u) quippè quæ non imperari sed impetrari, non præcipi sed percipi (ex auditu sc. verbi divini) non juberi, sed juvari, non armis injungi, sed animis inungi & cœlitus sufundi amat.

(u) c. 33. 23. quæst. 5.

XXXVI. Intolerabilior nulla est tyrannis, quàm velle dominari conscientiis, habet effatum Maximilani II. cedro mehercule ita dignum, ut elogiorum carbonibus Hispanica illa Ferdinandi Arragoni inquisitio.

XXXVII. Sanè summâ ope niti Principem decet, ut

B una

na voluntas Domini. Quod si tamen sine magno Reipub. & ipsorum orthodoxorum periculo fieri nequeat, patienter tolerabit potiùs asseclas alterius earum, quæ in imperio permissæ sunt, præsertim si qvietè vivant, qvàm vi adiget.

XXXVIII. Utrum autem tolerare teneatur, alia est quæstio, cujus decisionem petere qvis poterit ex sæpè allegatâ pacificatione Osnabrugensi.(x)

(x) d. art. 5. §. 12. v. pacta autem. & seqq. art. 7. per tot.

XXXIX. De hæreticis nullum est dubium, quin convicti (erroris puta in fundamento fidei, sive principali aliqvo articulo) ac pertinaces, à Principe expelli possint, & debeant, salvandornm videlicet cæterorum.(y) Siquidem qvod aper in vineâ, lupus in ovili, caper in horto, id hæreticus in ecclesiâ reputatur.

(y) fac. l. 4. §. 1. ibi: in omnium injuriam C de hæret.

XL. Fidei verò fundamentum nullum agnoscimus aliud, nisi Sacrosanctæ Canonicæ scripturæ autoritatem, & in hanc universalem veræ antiquitatis consensum, qui erui in facili est ex quatuor illis œcumenicis conciliis, ad quæ tanquàm ad Lydium lapidem faciendam dogmatum examinationem ipse Imperator Justinianus monet.(z)

(z) nov. 115. c. 5. §. 14.

XLI. Cæterùm qvamvis semel existentis religionis ea sit natura, ut non statim divelli queat, ne tamen obvenientia quotidiè impedimenta, qualia sunt oblivio; studium novitatis, ambitio (denn Begierde und Ehrgeitz verführen gemeiniglich die Leute/daß sie ihres Ambts vergessen/ ait Mogunt. Elector apud Sleidanum.(a)) avaritia & id genus alia, eam pedetentim animis mortalium eripiant, post institutionem incumbit Principi etiam conservatio, ut det operam, ne ex ejusmodi emergentibus religio & consequenter Respublica (b) detrimenti quid capiat.

(a) lib. 1. histor.
(b) Vid. Reichs-Absch. de anno 1532. §. Ferner haben wir ec.

XLII. Huc facit 1. CURA VOCATIONIS MINISTRORUM

Rum Ecclesiæ, qui ritè nominati, præsentati, ordinati confirmati, investiti munia ipsis Jussu divino concredita fideliter expediunt.(1.) in purâ verbi divini prædicatione, cui vita honesta & inculpata respondere debet.(c) (2.) in sacramentis administrandis, & quidem secundum institutionem Domini: à quâ immane quantum discrepet concilia Constantiense de an. 1415. & Basileense de an. 1437. (3.) in ligando & absolvendo, quæ potestas clavium dicitur.(4.) in consolando, quò etiam cura ægrotorum & pauperum referri convenit. (5.) in increpando, quod fit vel simpliciter, vel cum excommunicatione: hoc non, nisi cum cognitione & decreto Domini territorii: Illud in certis terminis. Nam injuriosis verbis usi Concionatores, seu expressè nominando peccatorem, seu graphicè depingendo, æquè ac alii conveniri actione injuriarum possunt. Et jamdudùm in Recessibus Imperii (d) affectibus privatis ac calumniandi libidini obex positus. Cui concordant ordinationes Electorales Saxonicæ, (e) da denen Pfarrherrn und Kirchendienern mit Ernst aufferlegt und eingebunden/ daß Sie in ihren Predigten ihren eigenen affecten mit hochhippen/ poldern/ und schmähen/ nicht nachhängen/ sondern sich aller Christlichen Sanfftmuth und Bescheidenheit nach der Lehr S. Pauli gebrauchen sollen. Multò magis autem talis eos modestia decet (6.) in refutandis heterodoxis,(quod Sacerdotum officium elenchticum vocant.) Imprimis observandum, ait Lutherus in Psalmo 1. ut quàm prudenter abstineant à nominibus sectarum & personarum. Concionatoris est dissentientem placare ut fratrem, & sparso humanitatis sale argumenta contradicentis diluere.(f) Possumus enim, secundum Augustinum, & de quibusdam rebus salvâ charitate & pace dissentire.

(c) arg. c. 7. vers. namq; agitur X. de vot. & vot. redemt. Vid. l. 34. §. 3. C. de Episc. aud. nov. 137. c. 1.

(d) R. A. de anno 1530. § Wir haben uns. & de anno 1542 §. Damit aber unter dē gemeinen ꝛc.

(e) art. gen. 3. §. Zum siebenden

(f) V. d. R. Abschied de anno 1542. §. Damit aber ꝛc.

XLIII. Conservandae 2. religionis instituunt Principes SCHOLAS,(g) inferiores sc. quas triviales, particulares seu gymnasia vocant:(h) Nam superiores sive academiae cum impertitâ creandorum Doctorum & Magistrorum potestate, aliisqve privilegiis Caesari in acceptis referuntur, qvamvis curam earum Juribus Principium episcopalibus accensendam nemo neget.

XLIV. 3. Habent CURAM & DISPOSITIONEM BONORUM ECCLESIASTICORUM, tanqvàm episcopi, (i) vel directò ad cultum divinum spectantium, ut sunt templa, collegia monasteria &c. vel indirectò & per consequentiam, puta ad ministrorum ecclesiae sustentationem: quibus dotavit fortè eam pia antiqvitas, non ignara, alendos esse lacte ovium, qvi gregem pascunt.(k)

XLV. Olim in quatuor portiones ejusmodi bonorum dispensationem factam canones ostendunt.(l) Prima erat Pontificis, ad alendam familiam suam & excipiendos hospites, juxta praescriptum Pauli:(m) Secunda Clericorum: Tertia pauperum: Quarta applicabatur fabricis seu ecclesiis reparandis.

XLVI. Ex simili Canonum testimonio (n) constat, primitivam ecclesiam immobilibus caruisse, nec ea vel oblata vel testimonio relicta retinere sibi potuisse, cum haberent Clerici alimenta constituta ex eleemosynis & decimis: Donec primus adipiscendorum praediorum licentiam tribueret Constantinus M. (o) Unde quin & hodiè prohiberi lege vel statuto possit, quo minùs privatorum bona in ecclesias ulterius alienentur, non est ambigendum.

XLVII. Dicuntur autem haec bona ita in patrimonium ecclesiae demigrâsse, ut alienari, nisi certâ formâ ac modo,(p) certisq; de causis in Jure expressis,(q) nequeât.

Qvid

(g) arg. l. 2. ff. de Jurisdict.
(h) ex. in c. de quibusdam dist. 37.
(i) c. episcopus. 23. cum seq. c. res ecclesiae. 26. 12. q. 1.
(k) 1. Corinth. 9. v. l. privilegia. 12. §. f. C. de SS. eccl.
(l) c. Vulterana. 25. c. quatuor. 27. & aliquot seqq. 12. q. 2.
(m) 1. Timoth. 2. 3
(n) c. futuram. 12 q. 1.
(o) fac. l. 1. C. de SS. eccles.
(p) l. 14. §. cum autb. hoc Jus seq. C. de SS. eccl. nov. 46. c. 41. c. 73. 12. q. 2.
(q) d. l. 14. cum seqq. autb. clem. 1. de reb. eccl. non alien. c. 1. X. de pignor. c. 15. c. 52. c. 70. & seqq. 12. q. 2.

XLVIII. Qvid vero, si deficiat usus, ad qvem destinata fuerant, vel impius sit vel superstitiosus? Priori casu in alium non minus pium erunt convertenda: Posteriori in meliorem v. g. in dotandas virgines pauperes, exstruendas scholas, constituenda praeceptoribus salaria, alendos scholasticos, instituenda nosocomia, & id genus alia. Neutiquàm autem in formam patrimonialium redigenda. *(r)*

XLIX. Quae hodiè post pacem religionis circa haec quibusquibus olim titulis qvaesita bona ecclesiastica Principi aut Domino territorii competant jura, apparet ex dictâ pacificatione, *(s)* idqve novissimè in Instrument. Pac. Osnabrug. *(t)* confirmatum ac aliquatenus limitatum.

L. Ad conservationem religionis pertinet 4. JURISDICTIO Episcopalis seu ecclesiastica. Haec postquàm ex superstitione qvâdam ad Episcopos olim delata diu nimis à Romano-Catholicis exercita fuisset, per Decretum Passaviense & subsecutam dictam pacificationem religiosam, quoad Augustanae confessionis Status in omnibus negotiis religionem ac cultum concernentibus suspendi penitus ac quiescere caepit: manetque porrò suspensa vigore confirmationis Osnabrugensis. *(u)*

LI. Et hoc est, qvod suprà diximus, seculares hodiè Imperii Principes duplicem, sine omni tamen confusione, exercere Jurisdictionem: Videmus etenim quotidiè negotia secularia in Cancellariis, ecclesiastica verò in separatis Judiciis, qvae Consistoria *(x)* sive officialiae vocantur, & ex piis Politicis juxta & prudentibus Ecclesiasticis meritò componuntur, tractari ac terminari. Quin & sicubi nullo singulari constituto Consistorio omnes causae litesq; indistinctè expediuntur in Cancellariis, hâc tamen citationes & decreta in controversiis ecclesiasticis edi subscriptione: Fürstl. zur Officialey oder Consistorial-Sachen verordnete 2c. compertum meminimus.

(r) arg. l. quod nullius 182. ff. de R. J. nov. 37. l. 16. ff. de usu leg. l. 4. de admin. rer. ad civit. pertin.

(s) R. A. *de anno 1555.* §. Als auch den Ständen 2c.

(t) art. 5. §. ratione redituum.

(u) d. I. P. art. 5. § Jus diaecesanum.

(x) c. Romana 3. de appellat. in 6.

LII. His omnia ecclesiastica subsunt, exceptis iis quæ aut princeps sibi soli reservavit, ut est Synodorum provincialium convocatio, constitutionum ecclesiasticarum promulgatio, mutatio, dispensatio &c. aut per Superintendentes exercet; qualia sunt potissimùm ea, quæ ad ordinẽ, & nonnulla quæ ad legem Diœcesanam pertinent.

LIII. In personas autem hoc judicium datur, quæ ratione officii, doctrinæ, vitæ, bonorumve ecclesiasticorum, conveniuntur: nam proprii respectu patrimonii, contractûs vel delicti, seculare meritò subeunt judicium. Sicuti generaliter in omnibus temporalibus Jurisdictioni seculari se submittere tenentur. (*y*)

LIV. In causas, velut matrimonii, (*z*) quò referendæ dispensationes in gradibus Jure divino & naturali licitis, adulterii, (quandò scil. agitur ad separationem) decimarum, (*a*) patronatûs (*b*) funerationum & sepulturæ in templo vel cæmeterio. Minus competenter in causas usurarum, (*c*) absolutionis à juramento ad effectum agendi. (*d*) &c.

LV. Illud hîc quærere operæ pretium; Si inter ipsos Imperii Status Augustanæ Confessionis in causis matrimonialibus controversiæ exurgant, quem sortiantur Judicem? Et coram electis arbitris vel propriis consiliariis, remisso priùs solenniter fidelitatis juramento, quo Principi obligati sunt, extra tamen Austregarum ordinationem, eas decidendas esse, verius videtur.

LVI. Competit præterea ejusmodi Judicio censuræ ecclesiasticæ exercitium in omnes diœcesanos clericos ac laicos per excommunicationem majorem & minorem (*e*) interdictum generale ac speciale (*f*) ex justissimâ tamen atq; probatissima ratione. (*g*)

LVII. Hæc summatim de Ecclesiasticis. Simili jam in recẽsendis Juribus actibusq; secularibus, brevitate utemur.

Neq;

(*y*) tx. in c. quo Jure 1. dist. 8. c. nos si. 41 2. q. 7. auth. clericus. ibi. quod si natura causæ vel alia ratio &c. C. de episc. & cler.
(*z*) arg. c. 1. de sponsal. c. 1. de matrim. cõtract.
(*a*) c. 26. de decim.
(*b*) c. 3. de Judic.
(*c*) vid. R. A. de anno 1500. & 1548. tit. von Wucherlichen contracten.
(*d*) arg. l. f. ff. ad municip. l. f. de re milit. l. 6. §. 1. de J. patr. Ord. Cam. p. 2. tit. 27. R. Absch. de anno 1555.
(*e*) v. cap. pen. X. de sent. excom.
(*f*) c. 16. & seq. d. t. in 6.
(*g*) c. 41. & seq. c. 82. & simul. 11. q. 3.

gustiis includere, nedùm exactè persequi est possibile.

LVIII. Ergò tantùm potiora. Inter quæ primùm occurrit tanquam cæterorum fundamentum, RECEPTIO HOMAGII, die Erb- und Landeshuldigung / quod regulariter omnes subditi, Landsassii, incolæ, (h) præstare tenentur, quoties mutatur persona Domini, in antiquâ tamen & consuetâ formulâ, (i) quippe quæ invitis iis, à quibus exigitur, non mutanda. An etiam pendente inter Dominum territorii ac subditos ratione superioritatis ac subjectionis lite? ita videtur.

LIX. Cœtera vel pacis sunt vel belli.

LX. His adnumeramus 1. JUS ARMANDIÆ, seu habendorum armamentariorum, fabricandorum armorum, Geschütz / Artillerie / Munition rc. (k) prohibendi ne extra territorium arma evehantur.

LXI. 2. SUBDITIS ARMORUM USUM exercitiumve INJUNGENDI, Waffen auffzulegen / zu trillen / zu mustern. rc eundemq; iterum prohibendi. (l)

LXII. 3. SEQUELÆ, (m) Folge und reise / cujus vigore vocati subditi Dominum suum, sive is ipse bellum moveat, sive contra eum moveatur, sequi, ac juvare teneantur, etiam extra territorium. (n)

LXIII. 4. FORTALITIORUM, (o) etiam non requisito Imperatoris consensu, ad defensionem, scilicet, non æmulationem, aut molestiam alterius, multò minus contra privilegium vicini. (p)

LXIV. 5. Præsidiorum, die Städte und Vestungen zubesetzen / ut ab omni hostium incursu subditi salvi maneant atq; illæsi, (q) etiam invitis subditis. (r)

LXV. 6. APERTURÆ ET HOSPITATIONIS, die öffnung der Städte und Schlösser zur retirada und di Ein-

(r) arg. l. 16 § 1. ff. de usu habit.

... municip. l. 1. 3. & seq. C. de incol.

(i) c. dilecti. X. de major. & obed.

(k) R. Absch. *de anno 1555. §.* und dennach ein Kriegs-volck rc.

(l) arg. l. 1. C. ut armor. us. d. R. A. *anno 1595 d. §.* und dennach.

(m) c. igitur. 23. q. 8.

(n) arg. l. 20. §. ex provinciâ. ff. de oper. libert. 2. feud. 54. R. Ab. *de anno 1564. §.* Ferner die-weil. rc.

(o) arg. l. per provincias. 10. C. de ædif. privat. l. quicunq; 2. C. de fund. limitroph. XI.

(p) R. A. *de anno 567. §.* Wiewohl wir nun.

(q) v. l. 2. §. 2. & seqq. C. de offic. præf. præt. Afr.

Einquartirung. Quod posteros tanquam onus reale(s) regulariter nemo evitare poteſt (t) niſi cui ſpecialis data à lege ſit immunitas, quales ſunt Conſiliarii, Doctores, Profeſſores. (u)

LXVI. 7. CONSCRIBENDORUM MILITUM, vel in proprio vel álterius territorio, & vel in propriam, vel Imperii, vel etiam exterorum (x) ſalutem ac auxilium: Obſervatis tamen jugiter conſtitutionum Imperii (y) requiſitis, quæ volunt, daß niemanden was Weſens der ſey im H. Röm. Reich/hohes mitlers oder niedriges Standes/ohne Vorwiſſen / Bewilligung und Erlaubniß deſſelben Kreyß Oberſten/auch vor dem er ſich mit ihnen der caution halber endlich verglichen/ einigen Kriegsmann anzunehmen / zubeſtellen/oder auch anritt-oder Lauffgeld zu geben / zugelaſſen seyn ſolle,

LXVII. 8. BELLIGERANDI, ſive defenſivè ſive offenſivè, juſtâ modo de cauſa: (z) quàm uno verbo dicimus injuriam, ſive jam dum facta illa ſit, (quo caſu vindicare ſe incontinenti, etiam irrequiſito Imperatore, * licet) ſive probabiliter timeatur.

LXVIII. Quod ſi quis temerè movere arma in Imperio audeat, in crimen fractæ pacis publicæ incidit, contra quem Camera imperialis vel judicium aulicum mandata avocatoria ſub pœnâ banni decernere ſolet. (a)

LXIX. In ſtatu pacato negotia, circa quæ ſe exerit regia territorialis ſuperioritas, ſunt aut juſtitiaria, aut gratioſa aut ſoli Principi utilia.

LXX. Juſtitiæ dandum; 1. quod poſſit territorii Dominus LEGES FERRE PROVINCIALES AC STATUTA, Landrecht und Landsordnungen machen / non ſolum præter ſed & contra Jus commune, adeò ut Camera Imperialis in deciſione cauſarum inter provinciales controverſarum ſecundum ea pronunciare teneatur. b Con-

(s) l. 3. §. 14. & §. 5. pen. ff. de muner. (t) l. ſunt munera 21. ff. de uſu . habit. (u) v. l. 8. ibiq; Dd. C. de metat. XII l. profeſſores 6. l. f. C. de profeſſor. X l. f. §. f. ff. de muner. (x) Reichs Abſ. de anno 1560. tit. Verzeichniß etlicher Puncten §. 1. (y) V. Deput. Abſchied zu Worms de anno 1564. §. Demnach ſo declariren ꝛc. Reichs Abſch. zu Augſ. de anno 1566. §. Dem verſicul, Wie wol auch Ord. Cam. p. 2. tit. 15. R. A. de anno 1555. §. Wo ſich aber ꝛc. (z) arg. A. B. tit. 17. §. fin. *. v. ord. pac. publ de anno 1521 tit. Die Pöen aller Friedbrecher ꝛc. a) R. A. de anno 1529. §. Und damit an ſolchẽ ꝛc. & de anno 1530. §. Wo aber ꝛc. Ord. Cam. p. 2. tit. 9. (b) Ord. Cam. p. 1. tit. 57.

LXXI. Conduntur autem leges locales ut plurimùm in conventibus provincialibus, auff denen Landtägen mit Rath und Gutachten der Landschafft; Id quod voluntatis an necessitatis dicas, regionis observantia edocet.

LXXII. Sunt stricti Juris, *(c)* & accipienda prout jacent, ita ut non expressâ statutorum ratione verba consideranda magis sint quàm ratio. *(d)* Si dubia, interpretatio est conditoris: *(e)* Vnde enim Jus prodiit, inde etiam interpretatio debet procedere. *(f)*

LXXIII. Potestati legum subjungimus publicationem EDICTORUM, MANDATORVM, inhibitionum &c. öffentliche mandat und edict außgehen und anschlagen zu lassen: certam itidem ponderum, ulnarum mensurarumq; constitutionem, *(g)* gleiche Gewicht / Maaß / Ehlen und Eich anzuordnen.

LXXIV. 2. Legibus latis MAGISTRATVS (custodes ac executores earundem) constituere, *(h)* ut & iterum deponere, *(i)* Ambtleute / Schösser / Vögte an- und abzusetzen.

LXXV. DICASTERIA 3. provincialia ac SCABINATVS erigere, *(k)* Hofgericht und Schöppenstuel auffrichten. A quibus Princeps causas avocare regulariter nequit. *(l)*

LXXVI 4. DIÆTAS PROVINCIALES indicere, Landtäge außschreiben. Ad quas subditi & Landsassii comparere tenentur, ut de bono publico, salute principis ac principatûs in commune consultent: *(m)* velut de imponendis collectis, indicendo bello, ineundis fœderibus, alienandâ certâ parte provinciæ &c.

LXXVII. 5. JVS ARCHIVI, qvod est publicum documentorum literariorum receptaculum. *(n)* Hæc plenissimam faciunt fidem, testiumq; probationi prævalent, *(o)* probantque pro producente non tantùm contra subditos, sed & contra tertios. *(p)*

(c) arg. l. 35. C. de in offic.
(d) ex. in l. 12. ff. qui & à quibus manum.
(e) arg. l. f. C. de leg
(f) c. inter alia. 3. X. de sent. excommun.
(g) l. modios. 9. C. de susceptor. X. nov. 128. c 15.
(h) l. un. pr. ff. de L. Jul. amb. 2. feud. 27.
(i) nov. 15. c. 1. §. 1
(k) Vid Erneuerte uñ verbesserte Fürstl. S. Hoffgerichts Ordnung zu Jena / *in præfat. ibi:* Ihnen als Landes-Fürstē obliegen und gebühren will.
(l) arg. ord. Cam. p. 2. tit. 35. v. d. Hoffgerichts-Ordn. *art. ult.*
(m) l. 8. C. de legib. c. estote 119. 1. quæst 1. (in fin.
(n) nov. 115. c. 5.
(o) l census 10. ff. de probat. auth. adhæc. C. de fid. instr. c. ad audientium. 13. de præscript.
(p) d. auth. adhæc. & nov. 49. c. 2. §. f.

LXXVIII. 6. JURISDICTIO OMNIMODA: quæ olim quidem in Jurisdictionem simplicem, mixtum ac merum imperium: (*q*) hodie verò mutatâ Reip. formâ pro ratione causarum civilium & criminalium distingvitur in superiorem & inferiorem, seu in altam & bassam, die ober- und nieder oder Erbgerichte. Illa merum imperium alle peinliche Sachen / usque ad vulnera qualiacunque inclusivè: Hæc omnes civiles ac pecuniarias causas, ex contractibus aliisque negotiis civilibus dependentes, executiones, & mixtum imperium, ut punitiones criminum minorum, contumaciam, injurias non atroces &c. comprehendit. Manet cuique in territorio suo salva ac intacta, adeò ut ne Imperatori qvidem concurrentia, multò minus ab ordinariis Judicibus avocatio litis causâ tribuatur. (*r*) Sic etiam capiens delinquentem in alterius territorio violati reus dicitur territorii, turbatæque Jurisdictionis, & ad satisfactionem tenetur, nisi evestigiò post perpetratum in suis finibus delictum illum insecutus fuerit usque in vicini territorium: hôc enim casu conceditur die Nacheile / (*s*) von einer Obrigkeit in die andere / auch einen Kreiß in den andern / jedoch denen Obrigkeiten und Kreißen ohne Entgeld 2c. De illo adhuc quærere convenit: Num statui Imperii per alterius territorium, eôque irrequisito, maleficos vel criminosos ducere liceat? Et cum per hujusmodi transitum nec territorii nec Jurisdictionis contingat violatio, ut alias rationes taceamus, affirmativæ subscribimus: licet usu fori & observantiâ aliud obtineat.

LXXIX. Gratiam importat 1. CONCESSIO PRIVILEGIORUM, (*t*) quæ in dubiò personalia potius quàm realia esse præsumuntur, & dicuntur vel precaria, vel conventionalia, vel remuneratoria. Posteriora duo genera temerè revocari nequeunt: (*u*) Illa ut aliæ leges liberè possunt.

2. DI-

(*q*) l. 3. ff. de Jurisd.

(*r*) Ord. Cam. p. 2. tit. 1. & 5.

(*s*) l. 1. C. ubi de crimin. c. un. §. 2. de pac. tenend. & 2. Feud. 27. Reichs Absch. de anno 1555. §. Und dieweil jetzt augeregte. & de anno 1559. §. Und haben uns 2c.

(*t*) l. 1. § 2 l. 3 ff de constit. princip.

(*u*) arg. l. 1 C de his qui ven. ætat. l. sicut. 5. C. de oblig. l. si verò 12. ff. mandat.

LXXX. 2. DISPENSATIO,(x) quam exercet Princeps no sine urgente aliquâ causâ [1] in matrimonialibus. [2.] in testamentis,(y) [3.] in contractibus, veluti conventibus minorum, mulierum, si quas ob defectum solennitatum à legibus requisitarum invalidas rescripto valere jubet. [4.] in puniendis delictis, maximè contra Jus civile aut statutarium commissis, vel penitus condonando, ubi tamen difficilem ut se præbeat, republicæ interest: (z) vel pœnam mitigando. Plurimum, inquit Fabius, (a) valent ex ipso qui reus est, hæc tria in vitâ procedere: si innocens, si benè meritus, si spes in futurum innocenter victuri & in aliquo usu futuri. Præterea si vel aliis incommodis vel præsenti periculo vel pœnitentiâ videatur satis pœnarum dedisse. Extrà, nobilitas, dignitas, propinqui, amici.

(x) arg. d. l. 1. de const. princ. l. 9. §. 11. de pæn.
(y) l. 7. ff. qui test. fac. poss.
(z) V. R. A. de anno 1567. §. Wiewohl wir ꝛc.
(a) alleg. Tulden de caus. corrupt. Judic. lib. 2. c. 16.

LXXXI. 3. quæ pœnarum remissioni annexa videtur FAMÆ RESTITUTIO, (b) quæ fit diplomate, verbis: Wir setzen euch in den vorigen Stand/ Ehr und Würde ꝛc. vel factis æquipollentibus, ut vexilli rotatione in castris, wenn man über einen das Fähnlein schwinget / aut si laborantem infamiâ Princeps maculæ conscius ad dignitatem vel officium evehat, quod non nisi illibatæ famæ viro soleat conferri. (c)

(b) R. A. de anno 1526. §. Und wiewol der gemeine Mann ꝛc.
(c) l. 27. §. 4. C. d. nupt. l. 57. ibiq. Dd. ff. de re judic.

LXXXII. 4. VENIÆ ÆTATIS CONCESSIO, quâ minori 25. annorum tribuitur legitimæ ætatis Jus in hunc finem, ut sine curatore agere, conveniri, bonis suis præesse ac contrahere liberè possit. An autem Principes Imperii ad observantiam l. 2. C. de his qui ven. æt. &c. sint obstricti? quæritur & negantium castra sequimur.

LXXXIII. 5. INDUCIÆ MORATORIÆ, Quinquennel und Anstandsbrieff / quæ dummodò non repugnet [1.] natura obligationis, [2.] qualitas creditoris, [3.] factum debitoris, dantur debitoribus, qui damno fatali, bello, incendio, aut alio casu ad incitas redacti cognoscuntur, ne intra

C 2 cer-

tione jumentorum, plaustrorum, ac navium, ad armorum (u) nec non aliarum rerum (x) transvectionem, & oneribus non personalibus sed patrimonialibus adnumerantur. (y) Ab his toto cœlo differunt servitia aulica & operæ rusticorũ, Hoff-und Frohndienste/ quippe quæ non tàm superioritatis Jure vel regalium, quàm conventionis aut præscriptionis exiguntur. Ratione exercitii jumentis quoque, plaustris & manibus absolvuntur Pferdewagen: und Handfrohnen: Ratione quantitatis verò vel determinatæ sunt, gesetzte und gemessene/ quas certis diebus in mense, anno, &c. præstant subditi; vel indeterminatæ, quæ nec tempus nec numerum habent, sed præstandæ sunt quoties postulantur. Reducendæ tamen ad arbitrium boni viri, (z) & relinquendum subditis tempus per quod quærant, unde ipsi vivant. Quid si in præstandis ejusmodi operis equum perdat vel plaustrum subditus, an solus hic pati teneatur jacturam? Videtur quod sic. *

XCII. 4. VECTIGALIUM perceptio, & quidem de præterito tantùm indictorum aut titulo legitimo acquisitorum: nam neq; vetera adaugere neq; nova instituere quis potest, absq; speciali Imperatoris concessione, Electorumq; consensu, & citra hunc ne ipse quidem Imperator. (a) Quo referri merentur etiam impositiones illæ, quæ fiunt vino, cerevisiæ, carnibns &c. Acciß/Ohmgeld/Zapffengeld 2c. uñ dergleichen/ & in quantum subditos vel cives solos onerant, sine Imperatoris consensu exigi possunt. (b)

XCIII. Pari pænè passu cum vectigalis Jure ambulat 5. JUS CUDENDÆ MONETÆ, † ad quod noviter concedendum itidem Imperatoris & Electorum consensus requiriur. (c) Exerceri autem debet secundum normam edicti monetalis de anno 1559. & subseqq. Imperii recessuum. (d) In quod bis vel semel singulis annis solicitè inquirunt circulorũ Waradini, & stato tempore auff den Probations-und Valvations Tägen Statibus congregatis de eo referunt. Ejusmodi Conventus diu,

(u) l. f. C. de fabric. lib. 11.
(x) l. 1. C. de quib. mun: nemini se lic: exc: lib. 10.
(y) l. §. patrimonium 21. ff. de mumer. l. 11. de vac: numer l. 11. in f. C. de SS. eccles. l. 2. C. de præpos. sacr. cubic. lib. 12.
(z) arg. l. 30. de oper. lib.
* arg. l. 2. §. f. ff. de L. Rhod. de jact.
(a) R. A. de anno 1576. §. Weiters seind wir 2c. capit. Ferdin. III. art. 20. & Ferdin. IV. art. 19.
(b) d. cap. Ferd. IV. art. 30.
† R. A. de anno 1524. §. dergleichen hat.
(c) capit. Ferdin. III. art. 37. & Ferd. IV. 35.
(d) de annis 1566. 1570. 1571. 1576.

diu, æstuante & turbato Imperii statu, & quantum ad nostrum hunc circulum Saxonicum superiorem attinet, jam indè ab anno 1619. usq; ad annũ proximè præterlapsum 1656. celebrari cessarunt. Hinc multas confusiones circa rem monetariam obortas etiam ii norunt qui nondum ære lavantur: quas omnes tantum abest ut novissima circularis diæta Lipsiensis illicò abolere potuerit, ut potius plerasque ad allam remitti necessitas efflagitaverit.

XCIV. FLUMINA quoq; publica(6)ad Principem [illegible] ritatis Jure pertinent; sicut & alveus à flumine publico relictus: (e) Insula in ejusmodi flumine nata, portus, ripatica.(f)

XCV. FORESTALIS (7) insuper JURISDICTIO, Förstliche Obrigkeit/(g) quæ considerata ut totum integrale & ex Jure Foresti Forstrecht/& Banno Ferino Wildbann constat. Quorum illud sylvarum incrementa quoad arbores respicit, hoc venationem. Hinc distincta illa officia, eines Jägers und Forstmeisters. Quærenti autem hic, utrùm (1) venationes Jure sibi solis arrogent Principes? & (2) an rectè mortis vindicent supplicio? respondebimus ad prius Aff. ad posterius Neg.

XCVI. Subjungenda erant (8) JURA FISCALIA, in bona [1] vacantia & caduca, (h) quò etiam referunt prædia deserta & novalia, Neubrüche/(i) [2] ereptitia (k) [modò indignus hereditatem adierit, (l) [3] damnatorum ac proscriptorum, si nulli supersint heredes ex descendentibus vel ascendentibus (m) [4] læsæ majestatis reorum. [5] incestum committentiũ. (n) [6] Spuriorum aut ex damnato coitu natorum. (o)

XCVI. Neq; prætereundum sicco pede (9) JUS ARGENTARIARUM & METALLIFODINARUM, (p) non solùm in propriis fod & in subditorum locis, &, quidem in solidum: Nam non minus hæ inter regalia hodiè veniunt numerandæ, quippe quas habere nemo potest, nisi ex speciali Principis con-

(e) l. 1. §. similì modo. ff. de flumin.
(f) d. c. un. 2. feud. 56.
(g) arg. c. un. 2. f. 27. §. 4. vers. nemo retia. &c.
(h) l. c. un 2 f. 56, v. C. de bon vac l. 1. §. 2. l. 41. ff. de Jure fisc.
(i) arg. l. 1. C. de bon. vac.
(k) l. 1 ff. & C. de his quibus ut indign.
(l) l. 15. ff. ad Sc. Syllan. l. 3 §. 18. l. 8. §. f. eod.
(m) v. nov. 114. c. f. junct. auth. bona damnator C. de bon. proscript.
(n) v. l. 6. cum auth. seq. C. de incest nupt. nov. 12 c. 1.
(o) auth. ex complexu C eod.
(p) d. c. un. 2 f. 56. vid. Landrecht lib. 1. art. 35. junct. const. Elect. Sax. p. 2. c. 25.

concessione, obliterato per historiam consuetudinem [quam generalem & totius Germaniæ vocat post alios Carpzovius] illo Jure veteri, (q) quo metalla aliaq; mineralia ad dominos fundi pertinebant, certo tantùm ex iis soluto canone: (r) adeoq; nunc tota hęc res ab arbitrio & dispositione Domini territorii dependet. (ſ) Hos Jus licet in A. B. tit. 9. solis duntaxat Electoribus tribuatur, progressu tamen temporis cęteris quoq; Imperii Principibus quęsitum videmus pasſim ex Recesſibus Imperii. Extenditur rectè ad omnis & quidem perfectioris generis metalla, imò & venas pretiosorum lapidum, nec non salinas. (t)

XCVIII. Atq; in hactenus enarratis & compluribus aliis actibus, [quos si omnes animo expendere ac percurrere vellemus, face nobis & viatico opus foret] exercitium superioritatis territorialis consistit.

XCIX. Pro potisſimo autē regii hujuscemodi Juris effectu adhuc notamus, quod territorii Dominus fundatam habeat intentionem, in omnia quæ in territorio suo reperiuntur, ut quicquid est & existit intra Principatùs vel territorii alicujus fines & terminos, censeatur principatui illi Jure territorii cedere, & quoad superioritatem universaleque dominium ei includi; (u) adeoq; pro Principe militet Juris præsumtio, quæ rejicit probandæ exemtionis ac tituli onus in adversarium, (x) à quo nec posſesſio eum relevat, cum ipsi repugnet Jus commune & generalis præsumtio. (y)

C. Tangenda jam etiam essent, quæ libertatem ac potestatem Principum Imperii quoad propriam personam designant: ubi non minus latus se offert exspatiandi campus. Verumenimverò cùm ulterius evagari nunc non liceat, figimus hîc pedem, imploratâ pro conservatione pacis in Imperio feliciq; territorii regimine supremâ in cœlo & terris Majestate, CUI SOLI LAUS, HONOR & GLORIA.

FINIS.

(q) l. 7. §. 13. & seq. ff. solut. matrim. l. 4. §. 7. de censib. l. 58. §. 8. de furt. l. 13. §. 5. de usufr. l. 3. §. f. l. 5. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. &c.

(r) l. 2. & seq. C. de metallar.

(ſ) v. Berg-ordnung *Friderici Wilhelmi Administr. Elect. & Johannis Duc. Sax. art. 12. item Seren: Ducis Sax. Ernesti* Ausschreiben eines freyē öffentlichen Schürffens *de anno 1645.*

(t) d. A. B. tit. 9. l. 17. §. 1. ff. de V. S.

(u) l. 1. §. 4. vers. quicquid & c. ff. de off. præf. urb. l. 29. & seq. ad municip. l. un. C. ubi & apud quē &c. vid. Fürstl. Sächs. Ableinung des Hatzfeldischen *contra-memorials de anno 1655. art. 16.*

(x) c. cum persona. 7. de privileg. in 6.

(y) l. 15. C. de probat. v. c. 1. de præscript. in 6.

